

vis fatear, quod defensio contra mulierem probatu sit difficilior, quam contra virum, quippe pro quo præsumtivè militat fortitudo, sicuti pro muliere infirmitas & imbecillitas. Reperiuntur tamen feminae adeò ferocis naturæ, ut non dubitent armis virum invadere, aut eum verbis provocare, eumque, facto in eum impetu, ita constringere, ut absque læsione vitæ non possit evadere: cum & femina in fervore iræ constituta animum effervescentem reprimere, aut se recolligere nequeat. Quo casu si vir angustiis locorum constrictus, & in vitæ periculo constitutus fuerit, omninò facultatem consequitur se defendendi contra iracundæ feminae insultum, nam & hic ratio defensionis subest, scilicet propulsatio periculi & vis illatæ, nec non conservatio sui ipsius in suo statu naturali. Vide de feminis nonnulla huc pertinentia apud Zieriz. *ad b. art. p. 152.* Gilhaus. *ad eund. p. 48.* Bullæum *cod. p. 119. & 120.*

ARTIC. CXLV.

Si non percussor, sed alius, præter voluntatem vim vi repellentis occidatur.

So einer in rechter Nothwehr einen Unschuldigen wider seinen des Thäters Willen entleibt.

So einer in einer rechten bewiesenen Nothwehr/ wider seinen Willen/ einen Unschuldigen mit Stichen/ Streichen/ Würffen oder Schiessen/ so er den Nöthiger meynet/ trässe/ und entleibet hätte/ der ist von peinlicher Straff entschuldiget.

AD ARTIC. CXLV.

ARGUMENTUM.

Qui in legitima defensione alium, quam aggressorem, eumque innocentem præter suam voluntatem & intentionem occidit, is à pœna criminali excusandus est.

EXE.